



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. II. An fines Parochiarum præscribi possint?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

aut alij ex privilegio, vel concessione &c. non possint hæc talia ministrare, prout plurimis concessa facultas hæc est. 3. quod nuptiæ in Ecclesia illa solemniter rito celebrentur, & nubentes benedicantur. 4. Quod in illa Ecclesia, aut ejus coemeterio sepeliantur mortui regulariter, prout ex dictis jam patet. 5. Denique quod decimæ, oblationes, & primitiæ, illi solvantur &c. in quibus tamen omnibus attendenda consuetudo, specialia privilegia, & singulares concessiones &c.

§. II.

An fines Parochiarum præscribi possint?

Resp. negativè, ita ut nec limites, quæ tales, parochiarum, nec quæ finibus cohærent, unquam præscribi possint. *c. super eo 4. h. 2.* dummodo constet de finibus talibus, quod legitimâ auctoritate constituti sint, ut ne scilicet perpetuis mutationibus, & perturbationibus consequentibus locus, detur: & quamvis Episcopus v. g. Ecclesiam aliquam intra alterius Diocesim præscri-

bere possit, ut suæ jam jurisdictioni subiecta sit, si tamen hæc sit constituta ad designandos fines illius Diocesis, aut cohæreat finibus talibus, præscribi non potest, quia in illo casu non confunduntur termini, sicuti confunderentur in posteriore casu.

§. III.

Quomodo dividendus sit Episcopus inter Episcopum lapsum in hæresim, sed reversum ad fidem, & ex dispensatione receptum, ac inter Episcopum eidem substitutum?

Videatur de hac raræ praxis speciali quaestione *c. si Episcopus h. 2.* uti & de illis. quæ in §. 4. subsequente per duo capitula explicantur, *c. nullus 3.* & *c. significavit. §. h. 2.* cum nihil peculiare contineant, quod non satis constet ex alibi dictis.

